



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ascensus Moysis in montem Seu De Oratione Tractatus
Tribus Stationibus ac vijs Purgatiua Illuminatiua Vnitiua
distinctus**

Crombecius, Johannes

Avdomari, 1618

2. De delectatione, actu quarto, fructuque contemplationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38133

anum qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat
humiliabitur.

SECTIO SECUNDA.

De delectatione quarto aetatu fructuque con-
templationis.

i. **A**ctus quartus contemplationis est
incredibilis fructus, & delectatio, *Fratu*^s
quæ ex Dei presentia, colloquio, luminibus, & m-
auxilijs, communicatione secretorum, virtutu platonis
incremento percipiuntur. Magna hec sunt, & *I.*
nescio an maiora in hac peregrinatione exco *Lætitia*
giari possint: letantur homines parvo accep- *Spiritu*
to beneficio: effertuntur letitia li thesaurum *lis.*
inveniant, si verbū gratum a Rege accipiant
si promissum beneficium audiant; immo si ad
eius colloquium admittantur. Quid de regi-
bus loquimur? Plusquam Salomon hic est
Rex Regum, Dominus Dominantium, qui
in manu orbem gestat, & cuius comparatio-
ne initar pulvisciuli omnia reputantur, &
huic liceat colloqui, cor manifestare, audire
& reddere voces. Hic fileat omnis eloquen-
tia, calamus omnibus stupeat, lingua hæreat,
& omnis sapientia humana tanto fulgori se
palpi: an lo submittat. *Quid retribuam Domino,*
at propheta, pro omnibus qua retribuit mihi. *Psal. 115*
Multa & excelsa fecit tibi o Rex David; sed *12.*
illud summum quod te frequentissime in co-
fortium familiaritatis & deliciarum suarum

*Dd 4**ad-*

Can. 8.7 admittat. si dederit homo omnem substantiam do-
mus sua pro dilectione, & retributione, quasi nibu-
Luc. I. Deus despiciet eam. Fecit Dominus servis suis
49. magna qui patens est, & sanctum nomen eius. Qua-
re idem rex merito exclamat. Quam mag-
Psal. 30. multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondi-
20. timentibus te. Persecisti eis qui sperant in te, in con-
spectu filiorum hominum. Abscondisti eos in ab-
condito faciei tuae, à conturbatione hominum. Pro-
teges eos in tabernaculo tuo, à contradictione lar-
guarum. Quid maius, majorique consolatione
dignum recenseri potest? Oculo Dei tegun-
tur isti, ut nemo qui noceat aut turbet, appro-
pinquare possit. Si quis eminus telo petere
velit; si quis lingua venenata perfodere; nec
id illi integrum relinquitur: nam absconditi
sunt in tabernaculo Regis. Circa quod multi
præsidarij astant, & accedentes arcent, atque
in fugam convertunt.

Latitia 3. Hæc animi letitia oritur primùm ex bo-
spiritua- ni præsentis nonnulla possessione; quod bo-
sis Origa- num, cùm Deus sit, sequitur summum esse,
I. & summum gaudium adferre solere. Et cen-
setur præsens esse supra modum ordinarium;
tum quia maiores effectus præsentie sue tali
animæ indicat; tum quia lumina, solatia, se-
fus amoris eximij, quæ omnia à nulla crea-
tura produci possunt, satis arguunt digitum
Dei hic esse; tum quia mens pura, & ab om-
ni peccati labe purgata, seipsa fruitur ac vi-

NVI
116

tiam de-
uasi nibu
vis suis
us. Qua-
i magni
oscondi-
e, in con-
s in abs-
um. Pre-
tione lin-
polatione
i tegume-
, appro-
o petere
ere; nec
scondi-
od multi-
nt, atque

ex bo-
uod bo-
im esse,
Et cen-
narium;
sua tali-
latia, se-
la crea-
digitum
ab omni-
r ac vir-

te in honorem divinę maiestatis. Denique qui sic afficitur, multa sperat, & expectat de manu tam liberalis ac benigni Domini, atque in eius obsequio, & vivere, & emori, statuitque id ipsum firmiter, & confidit.

3. Ex hoc sequuntur gaudiorum excessus quidam; atque in primis iubilus mentis. Qui enim hausto copiosè vino imbuti, & leti sunt, *Iubilus*. & in voces lētitiae profiliunt, totique sese effundunt. Ita & qui nectar istud hauserunt, corde lētitia gestiente in hymnos & cantica prorumpunt, & toto animo in laudes divinas sese effundunt.

4. Alius excessus, ebrietas spiritualis vocatur: estque experientia voluptatis internae, major quam cor hominis, aut appetitus capere possit. Ut eum ebrium dicimus, qui plus *Ebrietatis* spiritua-
vini accepit, quam ut ferat eius natura, visus que rationis. Eum quoque ebrium dicimus ac musto divino plenum, qui maiori copia nectar istud cœlestis potavit, quam ut natura capere possit. Generat verò hēc sancta ebrietas hos effectus; atque in primis ad cantica, divinalque laudes referendas pium animum *Eius effectus* incitat, lacrymarum fontes profluentes ciet. *fectus*. Subinde hominem ad edendos motus exteros in conditos impellit. Hunc Beatus Franciscus divinas laudes decantans labia lingebat, quasi ex ore mel exprimeret, quod rurus resorberet. Saltant alij, plauduntque ma-

D d 5

217

nibus, ingenti clamore testantes voluptatem.

Lib. con- Ita Beatus Augustinus post conversionem & baptismum suum, ebrius gratia ista dum in-
fess.

Psal. 4,1. interpretaretur psalmum quartum *Cum invoca-*

rem exaudivisti me, mirum in modum hanc

lætitiam testabatur. Et si potuisset, uti voce,

Psal. 4,3 *quæ per universum orbem exaudita fuisset,*

exclamasset, filij hominum usquequo gravi corde,

ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium.

Nonnulli vagantur palabundi negligentes

quid agant. Quod Beato Francisco Xaverio

accidisse testatur Horatius Tursellinus, Alij

his delicijs interne occupati obmutescunt, mi-

rantur que ac stupent hominum dementiam

qui cum hisce delicijs pasci possent, porcoru-

siliquas admodum studiosæ conquirant, &

Tbren. 4 qui nutriti in croceis, amplectantur stercore. Op-

tant quoque omnium hominum conversionem, & cur iij ad cor non redeant & miran-

tur, & queruntur. Denique adeo excrescit

huiusmodi voluptas, ut cor findi non raro

videatur; homoque plane desiceret, nisi &

illa gratia, que illum gaudio perfundit, eadē

tueretur, ac fulciret. Hinc vox illa in canticis

Can. 2,5 Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amorem

langueo.

5. Ebrii post varias lætitiae gesticulationes
in somnum declinant, & ebrii nostri, sedato
illo fervoris impetu, in Deo toti conquie-
cunt, & eo prolixè fruuntur. Hinc sponitus

in canticis. Adiuro vos filia Ierusalem per caprebas cervosque camporum, ne suscitatis, neque evigilare faciat ut dilectam donec ipsa velit. Filiq; Ierusalem animz pia sunt. Capreæ cervique camporu sunt sancti eminentes sanctitate, qui relicto hominum consortio deserta petunt, montes concendunt, & possumus in celis animo, quam in terris conversantur. Cornua gerunt in capite, virtutes nempe Cardinales & præcipue fortitudinem, quibus se contra omnes adversarios tueantur; hi, sponsæ seu piarum mentium curam gerunt, & eis precepitur ne impediant sponsam in Deo quiescentem, quandiu ipsa velit. Sponsa vero perficiens hoc beneficio, ait, Ego dormio, & cor meum vigilat. Ex quibus colligimus contemplationem nomine somni insigniri. Quod Beatus Gregorius testatur. Sciendum est, ait, quia in scriptura sacra somnus figuratur positus tribus modis ac cap. 21: cipitur. Aliquando enim somno mors carnis, aliquando torpor negligentie, aliquando verò exprimitur calcavis terrenis desiderijs quies vita, sicut sponsa in canticis canticorum dicitur. Ego dormio & cor meum vigilat quia videlicet sancta mens, quod se à strepitu temporalis concupiscentiae comprimit, è verius interna cognoscit; & tanto alacrius ad intima vigilat, quanto se ab exteriori inquietudine occultat. Quod bene per Jacob in itinere dormientem figuratur, qui ad caput lapidem posuit & obdormiuit, à terra scalam calo inharentem, in-

gixum

DE ORATIONE

quicunque scale, ascendentis quoque & descendenter
Angelos videntur. In itinere quippe dormire, est in hoc
vita presentis transitu, a rerum temporalium amo-
re quiescere. Angelos vero ascendentis cernent,
est cives superne patria contemplari. Hec Gre-
gorius.

TEXTVS VIGE SIMVS PRIMVS.

Ingressusque Moyses medium nebula ascendit
in montem.

a. **E**iusdem repetitio hic est. Nam verba
ista duplice de causa ponuntur, primum
quia nondum erat dictum Moysem ad mon-
tem pervenisse: deinde dicendum erat, ip-
sum quadraginta diebus & noctibus, in eo
perseverasse. De ingressu in nebulam dixe-
rat. Illud de appulso ad montem, interiecta
parenthesi a textus continuatione, avulserat:
montis ergo mentione facta apposite addit.
Et facti ibi quadraginta diebus & quadraginta
noctibus.

SECTIO SECUNDA.

De alijs contemplationis fructibus.

b. **E**x intima illa unione cum Deo, qui
voluntatis sue indicia, servis suis
non